



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Faba.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Ad ver-*  
*bum à P. in.*  
*l. 13. ea. 11.*

quia locus in quo consistet, sanctus esset; hoc est, ut indicia mortalitatis, quae in pelliceis calcis designantur, abjeceret. Quantum vero ad papyracea Ægyptiorum calcamenta pertinet, nominali nihil aliud inde quæsum autem, quam puritatis argumentum. Nam eadem de causa prius nostra indumenta ex lino Sacerdotibus imperavit, in quibus omnium fere gentium & nationum consensus fuit: & eo vestis genere Apollonius Tyaneus semper usus est, quoniam illa vestis præ & syncerior videtur, quam vester ex lanarum aut vellerum pollutione contexta. Papyrus autem non tantum calcis conficiundis coquenda, verum & ad multa utensilia vasorum aptissima; quæ ad navigia texenda, velaq; & tegetes, nec non vestem stragulam, ad funes è libro conficiendas: & nulla denique herba sit, quæ tot & tam variis modis humano consulat usui, & majores plures afferat utilitates.

## DE FABA. CAP. V.

*Hæc & se-*  
*quentia ex*  
*parum. Ch.*

Faba Ægyptis instat venerandi numinis fuit, tanta religio, ut eam neque sacerdotes, neque comitent, quin etiam aspicere vererentur, quod Theon Grammaticus apud Plutarchum in Syria posicis enarrat, & alii plerique tradidere.

*I. cen. A.*  
*fabus absti-*  
*nendo.*

IMPROFANABILE NUMEN.  
CAP. VI.

Per eam velo coopertam improfanabile numen intelligi volebant: quamvis Herodotus veluti opinionem fecutus, id ea de causa factitati solitum dicat, quod impurum adelegumenum cūsumarent, ut non tactu gustuve tantum, verum etiam visu profanum haberetur.

## FUNUS LUCTUS V.E. CAP. VII.

Nam & apud Romanos fama inter funesta recentebatur, neque Diali fas erat eam tangere, neque quidem nominare, putabantque omnino ad mortuos pertinere; nam & lemuralibus jacicham larynx, & parentalibus adhibebatur sacrificiis: in flore enim ejus luctus quadam inesse littera videtur, ut Festus Pompejus arte statur: & quod ad parentalia pertinet, fabacium epulum in funeribus ad nostra usque tempora perseruat. Sane Varro ea de causa Flaminium ait et non vinci, quod in ejus flore littera illæ luctus indices inveniantur. Aliorum fuit opinio, mortuorum animas in fabis habitaré: inde Pythagoras cum persecutores fugeret, & in arvum fabis constitutum incidisset, quia nimis ei dabatur exitus, si se in eam segetem inimisiisset, ab inimicis potius trucidari, quam fabis animata concepacia conculcare maluit.

*Pythagora-*  
*opinio.*  
*D. Laer-*  
*tius in Py-*  
*thagora.*

## NEQUITIAE FRÆNUM. CAP. VIII.

Sunt qui fabam eam velo coopertam nihil aliud sibi velle disputent quam amovendas à manibus oculisq; nostris omnes nequitia causas, ut castiorem agamus vitam: eosq; spectate Pythagoræ cum præceptum, ut à fabulo abstincamus, quam sententiam Empedocles ita pronunciavit:

*Δεῖται τῶι δακρεῖ καθάριον μηδέποτε λαζαρόν.*

*Ab inferi à fabulo miseri seducere dextræ.*

Cyamon vero, ut inquit Gellius, multi Fabam intelligi voluerunt, peritos tamē pro testiculis accipiunt, quos ita aperiè ac symbolice Pythagoras appellat: quia scilicet fabæ mollitudine sua, & ingenua quadam tumoris effigie, humanae geniture vim suggerant, atque insuper faciliter sint corruptionis, & deniq; testiculis ipsi forma quam simillima. Idcirco Empedoclem versu illo non à fabulo edendo, sed à rei Venerez proluvio voluisse homines avertere, quibus veluti animi ergastuli liberati, possimus ingenio expeditiorem navare operam.

## NEGOTIA PUBLICA DECLINANDA. CAP. IX.

*Eius de la-*  
*zialis pro-*  
*basi regum*  
*salute.*

Ed enim Plutarchus commentario de Libcris instituendis, Aristotelem fecutus, abstinentias eis hoc monit à tractandis Recumpub. munericibus, quod in creandis magistratibus fabæ calculoris vice usui essent: quem morem plerique adhuc civitates obtinent. Romani calculis nisi videntur, iunguntur.